



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Concubinatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

commisam à se fuisse sodomiam; si quidem, ut, ex dictis constar, non appareat, unde necessario derivetur specifica diversitas.

9. Quando quis, cum sit frigida, v. *Eunuchus* cum aliqua peccat, debet fateri, se esse tale. Ita Sanch. *lib. 9. de matrim. d. 19. num. 8.* Ratio est, quia tunc, non solum adest malitia fornicationis, sed etiam malitia contra naturam: cum addit frustratio finis naturalis, id est, finis generationis; atque inutiliter tum suum, tum fecundum semen à tali frigido provocetur.

10. Quando positivè invitas alios, sollicitasque, v. g. puellam cum qua deinde peccas; aliqui sentiunt, non debere te esse sollicitum explicare, te fuisse primum ad alliciendum. Ita To. Sanch. in *select. d. 1. n. 24. in fine de Lugo de penit. d. 16. sect. 5. n. 142.* ex sententia Vasq. sed est contra Thomam Sanchez in *decal. l. 1. c. 6. num. 14.* & contra Bon. de *Sacram. disp. 5. q. 5. par. 2. §. 3. diff. 3. num. 19.* eam enim malitia, licet non tam gravis, est, quando non invitans, cum illa peccas; adhuc enim particeps ejus peccati. Idem diximus in *Methodo, c. 4. §. 1. num. 3.* de confabulantibus in Missa. Idemque dic de turpi colloquutione, & similibus: neque enim propter eandem rationem, te obligo ad explicandum, an primus fueris. Quod si quis sollicitavit, sed deinde non processum est ad opus, vel certè multò potius debet sanè Sacerdoti id subijcere, ut potè peccatum sollicitationis distinctum ab ipso opere pravo.

11. Quando quis in copula non servat debitum modum, sed vel à latere, vel sedendo, vel præposterè, vel viro succumbente; modò servetur vas naturale, nec sit periculum effundendi semen extra vas (id quod tamen raro esse solet, quia matrix saltem partem majorem seminis attrahit: non est circumstantia necessariò constenda. Ita Sanchez de *matrim. lib. 9. disputat. 16. n. 3.* quia id accidentale est copulæ, & in conjugatis, vel est veniale, si ob voluptatem, vel peccatum nullum, si in necessitate.

12. Qui incipit, nec absolvit copulam, debet explicare: quia licet tunc sit fornicatio ex actu; non tamen est re ipsa fornicatio, sed tactus impudicus. Ita Sanch. *ibid. disp. 19. num. 3.* Qui item eandem copulam incipit, & deinde resilit, semenque dispergit; debet id explicare: quia adest tunc duplex malitia, id est, fornicationis ex affectu; & mollitiei, quare ipsa semen dispergitur, ut ex se constat.

13. Quando quis carnaliter, vel alio quocunque peccato peccat; non est necesse explicare, se se exposuisse periculo peccandi, ingrediendo domum, v. g. puellæ, & deinde peccasse. Sic de Lugo *disp. 16. de penit. sect. 12. n. 511.* quando enim hæc duo, id est se exponere periculo peccandi, & peccare simul concurrunt, nec inter ipsa tanta mora, vel contraria intentio intercedit, quanta necessaria est ad distinguendum vnum numero peccatum ab alio; vnum peccatum moraliter sunt. Id non est in *Methodo*, sed fuit tunc addendum, propter valdè ratum casum, quo quis se periculo exponeret, mox statim penitenter, sed statim postea peccaret, &c. Nec potest obijci, esse quidem vnum numero, sed includere duas species malitias; nec, inquam, hoc potest obijci, quia se exponere periculo peccandi, & eodem peccato peccare, ejusdem sunt species. Quod si intercedit prædicta mora, non est mirum debere explicari, quia tunc sunt duo numero distincta peccata. Quia media ex se licita, vel ex se illicita adhibet, ut fornicetur, qua ratione fateri debeat, diximus in *Methodo, lib. 2. cap. 1. §. 10.*

14. De eo, qui ex consuetudine inveterata fornicatur, diximus in *Methodo, lib. 2. c. 3. §. 3.* De recidivo diximus *ibid. lib. 3. c. 3. §. 4.* Eum, qui cum magna contentione peccat, cum magna voluptate, cum tanta continua duratione, quia solum addit circumstantiam aggravantem; explicare eas circumstantias non necessariò debere, diximus item *ibidem cap. 1. §. 18. de circumstantiis aggravantibus.*

§. II. Additio.

1. Fornicationem esse peccatum mortale, & contra naturam, asserere esse hæreticorum, decretum est Clem. *Ad nostram de hæreticis*: sed an sit solum peccatum iure positivo, an etiam iure naturali, atque adeo se sit intrinsicè mala; quæritur à Doctores. Et D. Randus quidem, in *4. disp. 3. q. 2.* Martin. de Magistro, *luxuria, Caram in Theol. mor. à num. 1603.* alique putant esse solum ex iure positivo, verum communem omnium ferè Doctorem sententia docet esse ex lege naturali. Ita apud Val. *tom. 3. disp. 9. q. 3. p. 3.* & Sotum *lib. 3. in 1. q. 3.* contententem esse errorem in fide contrarium lege S. Thom. *2. 2. q. 114. art. 4.*

Mihi duo sunt certa: Primò hanc communem esse veram sententiam: Secundò, data hac veritate, dicendum à nobis esse, dari rationem naturalem id certè probantem; sed ingenue fateri nos debere, eam à priorum non clare esse compertam. Ita solemus respondere cum de Cæli quibusdam Decultis, cum de Quadrato circuli, aliisque similibus, etiam in Philosophia disputamus: ea nimirum certa esse, certisque rationibus posse probari; verum eas nondum adhuc fuisse manifestè ab illo propositas. Dixi (à priori) non à posteriore, satis manifestè probatur, præsertim eo, quod si non esset iure naturali prohibita, in aliquo tandem virginitatis casu posset in ea dispensari, quod nullo modo dici potest. Lege Boss. *tom. 3. moral. tit. 24. numer. 8.* & 9. de Pollutione & numer. 26. & 27. de ipsa fornicatione, aliisque, quos idem citat. Sed hæc Scholasticis enucleanda relinquamus. Nos quoad praxim.

Concubinatus.

2. Dubitamus primò: De concubinatus, qui quantum possit esse inter conjugatos, sacro Ordine initians, Religiosos, &c. & sic pertinere ad alias species tamen, quia frequentius est inter solutos, huc merito illum reducimus.

Respondeo: Concubinatus non solum est quando quis Concubinam domi retinet, sed etiam quando foris extra domum, modò ad illam per modum habitus, ut libet, accedat. Utitur periculosum peccatum, propter continuationem peccandi, duasque penas habens: Vna est in foro interno, ut non possit Concubinarius absolvi, nisi domo ejiciat Concubinam; vel si ea habens extra domum, nisi firmiter proponat ad illam non accedere, addit experientia alicuius temporis, iuxta præcedentiam Confessarij.

3. Quid, si ejici non possit? de hoc in *Methodo, conf. tit. 3. cap. 3.* (adde Bonac. de *matrim. q. 4. p. 14. numer. 11.*) non pauca dicta à nobis sunt, sicut etiam *ibid. lib. 2. c. 1. §. 7.* de modo, quo ejusmodi habitualia peccata sunt apud Sacerdotem deponenda.

Altera pœna est in foro externo, Tridentinum enim *sessione 14. cap. 8.* decrevit, ut Concubinatus ter ab Episcopo, admoneatur; qui nisi resipiscat, excommunicetur: quod si per annum in eadem communicatione perseveraverit, castigetur. Concubina item ter admoneatur; quæ nisi resipiscat, ejiciatur à Civitate, vel etiam ex Diocesi. De pœnis Concubinarij lege *Azot. parte tertia, lib. 3. cap. 6.* Concubinarius si sit Clericus, suspensioni subiacet, ex Trident. *sessione 25. c. 14.* sed post sententiam, lege citatos Doctores, quibus adde Sayr. *tom. 1. Clau. Reg. lib. 8. cap. 2. Graff. lib. 2. cap. 76. Tolet. lib. 1. cap. 76.*

Copula cum Vidua.

4. Dubitamus secundò: An copula cum vidua sit simplex fornicatio; Respondeo, Ita; quia vidua soluta est. Et licet Navarrus in *man. cap. 27. num. 97.* putet hanc